22 45

· Clemens · PP · VII ·

Dilecti filij salut et Aplicam ben. vram orga sancte Ro ecclie statum fidem et sinceram deuotione perspecta omni tempore habuimus Itaq; vt i huiusmodi deuotion
vra eo feruentius perseuerare possitis quo fueritis a nobis vberioribus gratijs ornati vris i hac parte supplicationibus inclinati omnia et singula Capitula Priuilegia
et Indulta nec non Breuia Concessiones Immunitates et Gratias uobis per Ros Pos predecessores nros ac legatos aplicos aut ab eis potestate habentes concessa quatenus iusta
et rationabilia et usu recepta sint et in preiudiciu ecclesiastice libertatis no tendant tenore presentiu auctoritate apostolica cofirmamus et approbamus Mandantes
legato vicelegato seu Gubernatori ac Thesaurario et Dohanerijs prouincie nre Patrimonij pntibus nunc et pro tempore existentibus ac ceteris ad quos spectat vt p
missa et huiusmodi cofirmatione nram vobis inuiolabiliter obseruent In contrariu facientibus non obstantibus quibuscunq; Datu Rome apud sanctu Petru
sub Annulo piscatoris Die xvj Maij M D x x xiij Pont Nri Anno Decimo

· Blosius ·

79

Confirmatio Clementi pape septimi capitulorum privilegiorum indultorum brevium immunitatum concessionum et gratiarum civitatis Aquependentis sub anno Domini 1533.

Dilectis filiis universitati et hominib(us)
Terre nostre Aquependentis.

ARCHIVIO STORICO
ACQUAPENDENTE